



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hesus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs CXIII. Laudate pueri Dominum, laudate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

PSALTERIVM.

257

Pauperibus differt opes, largitur egenis,
Perpetuas igitur iustus habebit opes.
Sabit honorata sublimis in arce bonorum,
Principio cornu tollit honore suum.
Impius iste uidens, accensabile dolendo,
Ad Stygias frendens dentibus ibit aquas.
Nam quæcumque petet studia impius, omnia fient
Irrita, nec fructus quos uoluere ferent.

AVTIBEROSIG.
Impijs contra
ria omnia eue-
nient.

PSALMVS CXIII.

Laudate pueri Dominum, laudate.

ARGUMENTVM.

Insignis Psalmus est, qui hortatur ad gratiarum actionem, ac Dei misericordiam praedicat, quod abiectos respicit, & humiliatos exaltat. Clarum autem argumentum est, cum Deus humiles exaltat, non hoc animo a Deo nos humiliari aut deripi, ut pereamus, sed ut inuocantes & credentes saluemur.

Solis ad occasum Christus regnabit ab ortu,
Illi⁹ & Gentes, illius orbis erit.
Ille humiles animo releuat, domat omne superbū :
Hæc tanquam sua sint munera Christus amat.

Halleluia.

A ddicti Domino pueri celebrete ferentes, Propositio,
Laudibus æternis nomina magna Dei.

R

Noſtro

Nostro hoc perpetuos ex tempore duret in annos
Gloria, quæ soli est sola ferenda Deo.

Laudis Domini primo Phœbi surgentis ab ortu,
Inclita ad occiduas floreat usq; plagas.

Narratio, in Magnus ut est, ita magnifice super omnia regnat,
qua exponit Astra sub iniuncto qui pede summa premit.
caustam, cur laudari mereat. Huic Domino similis quis sit qui possit haberi?
atut Dominus Sublimem qui se quam uoleat ipse locat.

Rursus eò terras quise demittit ut omnes
Spectet, & in cœlis quodquod agatur opus.
Ille in opem fædo de puluere subleuat, idem
Ex humili afflictum ducit ad alta loco.
Ut locet & reges inter populiq; Tyrannos,
Quem fidum uero norit amore sibi.
Ille etiam sterili tribuit sua gaudia natos,
Ut fiat genetrix munere læta Dei.

PSALMVS CXIIL

In exitu Israël de Aegypto, domus,

ARGUMENTVM.

Narratio est, in qua prædicat mirabilem
& magnificam liberationem populi in Aegypto afflicti, ideo autem commemorat nostram historiam, ut præteriti beneficij cogitationibus p̄i animum erigant, ad sperandam salutem in alijs difficultatibus quoque, & ut grati sint erga tam misericordem Deum.

In fine

